



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofvrti ad Moenvm, 1665**

Catalogus Historiarum particularium Secundum Capita.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

nici ex una parte spectet, & Commentarios Doctorum & Jurisconsultorum ex altera; & videat quid interlit quoad Molem & Volumina. Nobis enim (qui, tanquam Scribæ fideles, leges ipsas Naturæ, & nil aliud excipimus & conscribimus) brevitatis competit, & fere ab ipsis Rebus imponitur. Opinionum autem, & Placitorum, & Speculationum, non est numerus neque finis.

Quod vero in Distributione Operis nostri mentionem fecimus *Cardinalium Virtutum* in Natura; & quod etiam horum Historia, antequam ad Opus Interpretationis ventum fuerit, perscribenda esset; hujus rei minime oblitus sumus, sed eam nobis ipsis reservavimus: cum de aliorum Industria in hac re, priusquam homines cum Natura paulo arctius consuecere inceperint, prolixè spondere non audeamus. Nunc itaque ad Delineationem *Historiarum Particularium* veniendum.

Verum, prout nunc negotiis distingimur, non ulterius suppetit otium, quam ut *Catalogum* tantum *Historiarum* secundum Capita subjungamus. Enimvero cum primum huic rei vacare possimus, consilium est, in singulis, veluti interrogando, docere, qualia sint circa unamquamque Historiarum illarum potissimum inquitenda & conscribenda, tanquam ea quæ ad finem nostrum faciunt, instar *Topicorum* quorundam particularium: vel potius, ut (sumpto exemplo à *Causis Civilibus*) in hac *Vindicatione magna* sive *Processu*, à favore & providentia divina concessio & instituto, (per quem genus humanum Jus suum in Naturam recuperare contendit) Naturam ipsam & Artes super Articulos examinemus.

CATALOGUS  
HISTORiarUM  
particularium  
Secundum Capita.

- 1 *Historia Cælestium*; sive *Astronomica*.
- 2 *Historia configurationis Cæli & partium ejus*, versus Terram & partes ejus; sive *Cosmographica*.
- 3 *Historia Cometarum*.
- 4 *Historia Meteororum ignitorum*.
- 5 *Historia Fulgurum, Fulminum, Tonitruum, & Coruscationum*.
- 6 *Historia Ventorum, & Flaturum repentiorum, & undulationem Aeris*.
- 7 *Historia Iridum*.
- 8 *Historia Nubium, prout superne conspiciuntur*.
- 9 *Historia Expansionis Cæruleæ, Crepusculi, plurimum Solium, plurimum Lunarum, Halorum, Colorum variorum Solis & Lune; atque omnis varietatis Cælestium ad aspectum, que fit ratione Medii*.
- 10 *Historia Pluviarum ordinariorum, procellosarum, & prodigiosarum; etiam Cataractarum (quæ vocant) Cæli, & similium*.
- 11 *Historia Grandinis, Nivis, Gelu, Pruine, Nebule, Roris, & similium*.
- 12 *Historia omnium aliorum cadentium sive descenduntium ex alto, & superne generatorum*.
- 13 *Historia Somnium in alto (si modo sint aliqui) præter Tonitrua*.
- 14 *Historia Aeris, in Toto, sive in Configuratione Mundi*.
- 15 *Historia Tempestatum, sive Temperamentorum*

*Anni, tam secundum variationes Regionum, quam secundum accidentia Temporum, & periodos Annorum, Diluviorum, Ferrorum, Siccitatum, & similium.*

- 16 *Historia Terra & Maris; Figura & Ambitus ipsorum, & Configurationis ipsorum inter se, atque Exporrectionis ipsorum in latum aut angustum; Insularum Terra in Mari, Sinuum Maris, & Lacuum salforum in Terra, Isthmorum, Promontoriorum*.
- 17 *Historia Motuum (si qui sint) globi Terra & Maris; & ex quibus Experimentis illi colligi possint*.
- 18 *Historia Motuum majorum & Perturbationum in Terra & Mari; nempe Terra Motuum & Tremorum & Hiatuum, Insularum de novo enascentium, Insularum fluctuantium, Abruptionum Terrarum per ingressum Maris; Invasorum & Illuvionum; & contra Desertionum Maris; Eruptionum Ignium è Terra, Eruptionum substantiarum Aquarum è Terra, & similium*.
19. *Historia Geographica Naturalis, Montium, Vallium, Sylvarum, Planitiesum, Arenarum, Paludum, Lacuum, Fluviorum, Torrentium, Fontium, & omnis diversitatis scaturiginum ipsorum, & similium, missi Gentibus, Provinciis, Urbibus, & hujusmodi Civilibus*.
- 20 *Historia Fluxuum & Refluxuum Maris, Euriporum, Undulationum & Motuum Maris, aliorum*.
- 21 *Historia caterorum Accidentium Maris; Saluginis ejus, Colorum diversorum, Profunditatis; & Rupium, Montium, & Vallium submarinarum, & similium*.

Sequuntur Historiæ Massarum majorum.

- 22 *Historia Flamma, & Ignitorum*.
- 23 *Historia Aeris, in Substantia, non in Configuratione*.
- 24 *Historia Aquæ, in Substantia, non in Configuratione*.
- 25 *Historia Terra & diversitatis ejus, in Substantia, non in Configuratione*.

Sequuntur Historiæ Specierum.

- 26 *Historia Metallorum perfectorum, Auri, Argentii, & Minerarum, Venarum, Marcassarum eorundem: Operaria quoque in Mineris ipsorum*.
- 27 *Historia Argenti Vivi*.
- 28 *Historia Fossilium; veluti Vitrioli, & Sulphuris, &c.*
- 29 *Historia Gemmarum; veluti Adamantis, Rybini, &c.*
- 30 *Historia Lapidum; ut Marmoris, Lapidis Lydi, Silicis, &c.*
- 31 *Historia Magnetis*.
- 32 *Historia Corporum Miscellaneorum, que nec sunt Fossilia præteritus, nec Vegetabilia; ut Salum, Succini, Ambre-griseæ, &c.*
- 33 *Historia Chymica circa Metalla & Mineralia*.
- 34 *Historia Plantarum, Arborum, Fructuum, Herbarum, & Partium eorum, Radicum, Caulium, Ligni, Foliorum, Florum, Fructuum, Seminum, Lachrymarum, &c.*
- 35 *Historia Chymica circa Vegetabilia*.

- 36 *Historia Piscium, & partium ac Generationis ipsorum.*
- 37 *Historia Volatiliū, & Partium ac Generationis ipsorum.*
- 38 *Historia Quadrupedum, & Partium ac Generationis ipsorum.*
- 39 *Historia Serpentum, Vermium, Muscarum, & ceterorum Insectorum; & partium ac generationis ipsorum.*
- 40 *Historia Chymica circa ea que sumuntur ab Animalibus.*
- Sequuntur Historiæ Hominis.
- 41 *Historia Figura & Membrorum externorum Hominis, Staturæ, Compagis, Vultus & Lineamentorum, eorumque varietatis secundum Genes & Climata, aut alias minores Differentias.*
- 42 *Historia Physiognomica super ipsa.*
- 43 *Historia Anatomica, sive Membrorum internorum Hominis; & varietatis ipsorum, quatenus inveniuntur in ipsa naturali Compagis & Structuræ, & non tantum quoad Morbos & Accidentia præternaturalia.*
- 44 *Historia partium similarium Hominis; ut Carnis, Ossium, Membranarum, & c.*
- 45 *Historia Humorum in Homine; Sanguinis, Bilis, Spermatis, & c.*
- 46 *Historia Excrementorum, Sputi, Urinarum, Sudorum, Sedimentorum, Capillorum, Pilorum, Rediviarum, Unguium, & similibus.*
- 47 *Historia Facultatum, Attractionis, Digestionis, Retentionis, Expulsionis, Sanguificationis, Assimilationis alimentorum in membra, Versiois Sanguinis & Floris ejus in Spiritum, & c.*
- 48 *Historia Motuum Naturalium & Involuntariorum, ut Motus Cordis, Motus Pulsuum, Sinerotationis, Motus Pulmonum, Motus Erektionis Virgæ, & c.*
- 49 *Historia Motuum mixtorum ex Naturalibus & Voluntariis, veluti Respirationis, Tussis, Prenationis, Sedis, & c.*
- 50 *Historia Motuum Voluntariorum; ut Instrumentorum ad voces articulatas; ut Motuum Oculorum, Lingue, Faucium, Manuum, Digitorum; Deglutitionis, & c.*
- 51 *Historia Somni & Infirmiorum.*
- 52 *Historia diversorum Habituum Corporis; pinguis, macilentis; Complexionum, (quas vocant), & c.*
- 53 *Historia Generationis Hominum.*
- 54 *Historia Conceptionis, Ovisificationis, Gestationis in Utero, Partus, & c.*
- 55 *Historia Alimentationis Hominis, atque omnis Edulii & Potabilis, atque omnis Diætæ; & Varietatis ipsorum secundum Genes aut minores differentias.*
- 56 *Historia Augmentationis & Incrementi Corporis in Toto & Partibus ipsius.*
- 57 *Historia decursus Aetatis; Infantia, Pueritia, Juventutis, Senectutis, Longævitatis, Brevitatis vite, & similibus, secundum Genes & minores differentias.*
- 58 *Historia Vitæ & Mortis.*
- 59 *Historia Medicinalis Morborum, & Symptomatum & Signorum eorundem.*
- 60 *Historia Medicinalis, Curæ, & Remediorum, & Liberationum à Morbis.*
- 61 *Historia Medicinalis eorum, que conservant Corpus & Sanitatem.*
- 62 *Historia Medicinalis eorum que pertinent ad Formam & Decus Corporis, & c.*
- 63 *Historia Medicinalis eorum, que corpus alterant, & pertinent ad Regimen alterativum.*
- 64 *Historia Pharmacopolaria.*
- 65 *Historia Chirurgica.*
- 66 *Historia Chymica circa Medicinas.*
- 67 *Historia Visus & Visibilium, sive Optica.*
- 68 *Historia Picturæ, Sculpturæ, Plasticæ, & c.*
- 69 *Historia Auditus & Sonorum.*
- 70 *Historia Musica.*
- 71 *Historia Olfactus, & Odorum.*
- 72 *Historia Gustus, & Saporum.*
- 73 *Historia Tactus, & ejus Objectorum.*
- 74 *Historia Veneris, ut speciei Tactus.*
- 75 *Historia Dolorum corporeorum, ut speciei Tactus.*
- 76 *Historia Voluptatis & Doloris in genere.*
- 77 *Historia Affectuum; ut Ira, Amoris, Veracundia, & c.*
- 78 *Historia Facultatum Intellectualium; Cogitativa, Phantasia, Discursus, Memoria, & c.*
- 79 *Historia Divinationum Naturalium.*
- 80 *Historia Dignotionum, sive Diacrisium occultarum Naturalium.*
- 81 *Historia Coquinaria; & Artium subservientium, veluti Macellaria, Aviaria, & c.*
- 82 *Historia Pistoria, & Panificiorum; & Artium subservientium, ut Molendinaria, & c.*
- 83 *Historia Umariæ.*
- 84 *Historia Cellaria, & diversorum generum Potus.*
- 85 *Historia Bellariorum & Confecturarum.*
- 86 *Historia Mellis.*
- 87 *Historia Sacchari.*
- 88 *Historia Lacticiorum.*
- 89 *Historia Balneatoria, & unguentaria.*
- 90 *Historia Miscellanæ circa curam corporis; Tonorum, Odoratorum, & c.*
- 91 *Historia Artifabrilis; & Artium subservientium.*
- 92 *Historia Lanificiorum, & Artium subservientium.*
- 93 *Historia Opificiorum è Serico & Bombyce, & Artium subservientium.*
- 94 *Historia Opificiorum ex Lino, Cannabio, Gossipio, Setis, & aliis Filaceis, & Artium subservientium.*
- 95 *Historia Plumificiorum.*
- 96 *Historia Textoria, & Artium subservientium.*
- 97 *Historia Tinctoria.*
- 98 *Historia Corsaria, Alutaria, & Artium subservientium.*
- 99 *Historia Culcitaria & Plumaria.*
- 100 *Historia Ferrifabrilis.*
- 101 *Historia Latomia sive Lapidarum.*
- 102 *Historia Lateraria, & Tegularia.*
- 103 *Historia Figularis.*
- 104 *Historia Cementaria, & Crustaria.*
- 105 *Historia Lignifabrilis.*
- 106 *Historia Plumbaria.*
- 107 *Historia Vitri & omnium Vitreorum, & Vitriaria.*
- 108 *Historia Architecture in genere.*
- 109 *Historia, Plaustraria, Rhedaria, Leticaria, & c.*

- 110 *historia Typographica, Libraria, Scriptoria, Sigillatoria; Atramenti, Calami, Papyri, Membranae, &c.*
- 111 *historia Cerae.*
- 112 *historia Viminaria.*
- 113 *historia Stœrearia, & Opificiorum ex Stramine, Scirpis, & similibus.*
- 114 *historia Lotricaria, Scoparia, &c.*
- 115 *historia Agricultura, Pascuaria, Cultus Sylvarum, &c.*
- 116 *historia Hortulana.*
- 117 *historia Piscatoria.*
- 118 *historia Venationis & Aucupii.*
- 119 *historia Rei Bellicæ, & Artium subservientium; ut Armamentaria, Arcuaria, Sagittaria, Sclopetaria, Tormentaria, Balistaria, Machinaria, &c.*
- 120 *historia Rei Nauticæ, & Prædicarum, & Artium subservientium.*
- 121 *historia Athleticæ; & omnis generis Exercitationum hominis.*
- 122 *historia Rei Equestris.*
- 123 *historia Ludorum omnis generis.*
- 124 *historia Præstigatorum & Circulatorum.*
- 125 *historia Miscellanea diversarum Materialium Artificialium; ut Esmalta, Porcellana, compurium Cementorum, &c.*
- 126 *historia Salium.*
- 127 *historia Miscellanea diversarum Machinarum & Motuum.*
128. *historia Miscellanea Experimentorum Vulgarium, qua non coaluerunt in Artem.*  
Etiam Mathematicarum purarum Historiæ conscribendæ sunt, licet sint potius Observaciones quam Experimenta.
- 129 *historia naturalium & potestatum Numerorum.*
- 130 *historia Naturalium & potestatum Figurarum.*

**N**on abs te fuerit admonere; quod, cum necesse sit multa ex Experimentis sub duobus Titulis vel pluribus cadere, (veluti *Historia Plantarum, & Historia Artis hortulanae*, multa habent fere communia) commodior sit Inquisitio per Artes, Dispositio vero per Corpora. Parum enim nobis curæ est de Artibus ipsis Mechanicis, sed tantum de iis quæ afferunt ad instruendam Philosophiam. Verum hæc è re nata melius regentur.

*Sequitur nunc ipsa Historia naturalis.*

